DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO-CHIRURGICA
DE
UTERI ET VAGINAE PROLAPSU.

QUAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
AUGUSTO AC POTENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO FRIDERICO
MAGNO DUCE SAXONIAE VIMARIENSIUM ET ISENACENSIUM
PRINCIPE LANDGRAVIO THURINGIAE MARCHIONE MISNIAE
PRINCIPALI DIGNITATE COMITE HENNEBERGAE DYNASTA
BLANKENHAYNII NEOSTADII ET TAUTENBURGI REL.
CONSENSU
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN LITTERARUM UNIVERSITATE IENENSI
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS
IURIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE OBTINENDIS
DIE M. XXX. IULII A. MDCCCXXXIX
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

IOANNES FRID. GUIL. REICHMANN
VINARIENSIS.

IENAE
TYPIS SCHREIBERI.

L. B. S.

More illa lex est sacrata, ut quicunque medicinae Doctoris gradum adepturus conscribat dissertationem. Ego quoque non potui, quin huic officio satisfacerem, et postquam diu multumque, qualem potissimum rem tractarem, dubitavi, denique curam prolapsus uteri a DIEFFENBACHIO inventam consilium cepi eligendi. Cum haec res nondum satis esset explicata, largius eam illustrare constitui, hoc quidem meditans, melius esse, tironem in medicina rem utilem, ab alio inventam et probatam, cum aliis communicare, quam ipsum castigare ingenium, ut novi quidquam pariat, quod si accuratius perspexeris, monstrorum

fortasse numero adjicies. Antequam autem rem ipsam aggrediar, summum Numen supplex veneror, velit laboribus meis clementissime ex alto adspirare, ut vergant ii in ejus sanctissimi nominis gloriam et societatis humanae veram utilitatem.

Abs te vero L. B. ut de opusculo benigne excepto, aequam feras sententiam, subnixe rogo.

INTRODUCTIO.

Quod medicamenta non sanant, ferrum sanat; quod ferrum non sanat, ignis sanat!

Certe non multa inveniuntur mala, quae hominibus tam multum afferant incommodi, quam prolapsus uteri et vaginae. Quamvis vulgo prolapsus hujus generis cum vitae periculo non conjuncti sint, tamen interdum accidit, ut vita in discrimen vocetur. Nam quis est, qui inflammationem uteri prolapsi haud periculosam existimet? quis est, qui neget, mulierem gravidam, prolapsu uteri onustam, perpessuram partum ancipitem? quis est qui neget, ex uteri prolapsu morborum magnum gregem esse derivandum?

Quod considerans, decrevi huic malo operam dare, quo consilio magis atque firmatus sum, cum nuperrime Berolini novam Experientissimi Dieffenbachii cognoscerem uteri prolapsum curandi methodum, quae certe plurimis in casibus, quibus adhiberi licet, votis et medicorum et aegrotarum satisfaciet.

Infra sequetur haec agendi ratio et quandam narrabo historiam, quam mihi ut observarem DIEFFENBACHII benignitate contigit.

De iis, quae de uteri prolapsus nomine, ortu, distinctionibus ab aliis, quibuscum commutari possit morbis, ejusque curandi methodis sunt notissima, non multa faciam verba, cum hae res jam millies tractatae sint.

LITTERATURA[1]).

Si hoc loco omnia commemorare vellem scripta, quibus de uteri prolapsu agitur, certe librum totum horum titulis componere possem. In omnibus illis operibus, quae conscripta sunt de Chirurgia, de arte obstetricia, de morbis mulierum, de uteri et vaginae prolapsu quoque est sermo; porro huc referenda sunt illa de usu pessariorum scripta, quorum non exiguus existit numerus. Denique in omnibus fere medicinae ephemeridibus singula capita huic rei sunt dedicata.

---

1) Cf. GODOFREDUS DE PLOUQUET. Litteratura medica digesta, Tüb. 1809. Tom. IV. Pag. 240 e. s.

WYBR. HENDRIKSZ, Descriptio historica atque critica variarum uteri prolapsum curandi methodorum. Berol. 1838. Pag. 9 e. s.

EL. v. SIEBOLD, *Handbuch der Frauenzimmerkrankheiten Frankfurt*, 1821. 1 Bd. §. 886.

Cum in plurimis horum librorum decies relata iterum modo referantur, nonnullas tantum commemorabo monographias et libros, quibus recentiores uteri prolapsum curandi tractantur methodi.

Hagendorn, Diss. de procidentia uteri. Basil. 1624. 4.

Masson, Diss. de procidentia uteri. Altd. 1682. 4.

Kirchheim, Dissert. de procidentia uteri. Basil. 1675. 4.

David Van der Becke, de uteri procidentia. Hamburg. 1683. 4.

Wedel, Diss. de procid. uteri. Jenae, 1684. 4.

Welsch, Diss. de uteri prolapsu. Lips. 1688. 4.

Hoffmann (Maur.), Diss. de procidentia uteri. Altdorf. 1695. 4.

C. W. Foerter, Diss. de procidentia uteri. Altdorf. 1695. 4.

E. H. Wedel, Diss. de procidentia uteri. Altdorf. 1695. 4.

A. O. Goelicke, Diss. de procidentia uteri. Francof. 1710.

A. O. Goelicke et Preunel, disput. exhibens novum artificium curandi procidentiam uteri veram. Halae c. tab. 1710. 4.

H. v. Sanden, Obss. de prolapsu uteri inversi etc. Regiom. et Lips. 1722. c. tab.

Schachner, Diss. de prolapsu vaginae et uteri. Lips. 1725. 4.

Muykens, Diss. de uteri procidentia Lugd. Bat. 1729. 4.

Hilscher, Diss. de procidentia uteri. Jen. 1730. 4.
Kulmus, Diss. de uteri delapsu suppressionis urinae et subsecutae mortis causa. Gedan. 1732. 4.
Wachter, Diss. de prolapsu et inversione uteri. Halae, 1743. 4.
De Büchner, Diss. de procidentia uteri. Erf. 1744. 4.
J. C. Sturm, Diss. de procidentia uteri. Erf. 1744. 4.
Dietrich, *Rede von einem Vorfall und glücklicher Absetzung der Mutter.* Regensburg, 1745. 4.
Ph. A. Boehmer, Dissert. de prolapsu et inversione uteri ejusque vaginae relaxatione. Hal. 1748. 4.
Fabricius, Diss. Facilitas insignis extractionis foetus vivi et incolumis in parientibus, procidentia uteri sine inversione laborantibus, tempestive tentatae. Helmst. 1748. 4.
Stroehlin, Diss. de prolapsu uteri. Argent. 1749. 4.
Lr. Heister, Diss. de prolapsu uteri cum inversione extra partus tempus ex terrore orto. Helmst. 1750. 4.
Otto, Diss. de procidentiis uterinis. Witteb. 1764. 4.
Oswald, Diss. de procidentiis uterinis. Vitemb. 1764.
M. F. Lossius, Diss. de uteri prolapsu. Lips. 1766 4.
v. Müllner, *Nachricht von einer sammt dem Kinde ausgefallnen Gebärmutter.* Nürnb. 1775. 8.
Millet, Diss. de uteri prolapsu. Paris 1772. 4.
Chopart, Diss. de uteri prolapsu. Paris 1772. 4.
Loescher, Diss. de uteri procidentiis. Witteb. 1778.
J. J. Hausmann, Diss. de uteri procidentia. Witteb. 1778. 4.
Mai, Diss. Aphorismi circa sequelas ex prolapsu uteri oriundas. Heidelberg, 1786. 4.
H. W. Klinge, Diss. de procid. uteri. Goett. 1786. 8.

H. W. KLINGE, *Ueber den Vorfall der Gebärmutter und d. Gebrauch der Mütterkränze in dieser Krankheit.* Hannov. 1790. Zweite Auflage. 1822. 8.

FOEHR, Dissert. de procidentia uteri. Stuttg. 1793.

BACHMANN, Dissert. de prolapsu uteri. Duisb. 1794.

J. FR. OSIANDER, de fluxu menstruo et uteri prolapsu. Goett. 1808. 8.

FR. L. MEISSNER, *der Vorfall der Gebärmutter und der Mutterscheide u. s. w., oder dessen: Dislocationen der Gebärmutter und der Mutterscheide.* I. Theil. Leipzig, 1821.

A. H. BAUER, de procident. vesic. urinar. vaginae atque uteri. Goett. 1824. 8.

H. U. D. TOGGENBURG, de prolapsu uteri. Berol. 1828. 4. c. tab.

W. HENDRIKSZ, Descriptio historica variarum uteri prolapsum curandi methodorum. Berolini, 1838. 4.

A. E. v. SIEBOLD, *Handbuch der Frauenzimmerkrankheiten.* Frankfurt, 1821. 8.

A. E. v. SIEBOLDS *Journal für Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankheiten.* III Bd. 1 Sück. S. 40. gr. 8.

C. F. HARLESS, *Rheinisch-Westphälische Jahrbücher für Medicin und Chirurgie*, Jahrg. 1825. Bd. X No. 9. 4.

Gazette medicale de Paris, 1832. 4.

J. C. G. FRICKE, *Annalen der chirurgischen Abtheilung des allgemeinen Krankenhauses in Hamburg.* Bd. II. S. 142. Hamb. 1833. 8.

L. J. C. MENDE, *die Geschlechtskrankheiten des*

Weibes, nosologisch und therapeutisch bearbeitet. Gött. 1834. 8.

H. F. Kilian, *Operationslehre für Geburtshelfer.* Bonn, 1835. 8.

J. F. Dieffenbach, G. Fricke, F. W. Oppenheim, *Zeitschrift für die gesammte Medicin.* Hamb. 1836. Bd. II. 4.

Ueber Mutterkränze und Radikalcur des Scheiden- und Gebärmuttervorfalls von Dieffenbach. *Medicinische Zeitung herausgegeben von dem Verein für Heilkunde in Preufsen.* No. 31. 1836. 4.

Malgaigne, *Manual de médecine opératoire* etc. Paris, 1837.

Neue Notizen aus dem Gebiet der Natur- und Heilkunde, gesammelt und mitgetheilt von L. F. v. Froriep *u. R.* Froriep. Jahrgang 1837. N. 50. 4.

A brief account of the application and uses of the Utero-abdominal-supporter, a new instrument for the relief and cure of procidentia and prolapsus uteri, invented by A. G. Hull. London, 1838. 8.

DE NOMINE ET DIAGNOSI.

Uteri prolapsus, procidentia, decidentia, descensus, exitus, egressus, et prolapsus vaginae vulgo distinguitur in completum et incompletum; quae significatio usitatissima est, quamvis per se mihi necessaria non videatur. Certe enim illa distinctio tum est inepta, si morbos duos varii generis hoc nomine significare volumus. Nam perfectus morbus demum

est, si uterus extra genitalia versatur; id quod nominamus prolapsum incompletum, est tantum morbus fiens, pars prior prolapsus completi.

Quod attinet ad diagnosin, prolapsus uteri et vaginae, haec optime digito constituitur et paucis tantum in casibus oculis est confitendum. Distinctiones a polypo, hernia vaginali, hydrope perinaei, ovariorum etc notae sunt et hoc tantum adjiciam, ne descensum uteri, qui certis graviditatis et menstruationis temporibus exoritur, cum prolapsu incipiente commutemus.

CAUSAE [1]).

Quamquam mihi non plane infitiandum videtur, nimiam ligamentorum laxitatem multum valere ad uteri prolapsum, tamen multo saepius mihi causa proxima in laxitate vaginae et debilitate constrictoris cunni ponenda videtur, sicut in prolapsu ani paralytico, sphincterani paralysi captus apparet.

Vulgo invenimus, mulieres ordinum inferiorum saepius quam superiorum laborare uteri prolapsibus, quippe quae feminae corpore erecto gravibus laboribus operam dent, quae montes ascendant; deinde vero illas quoque foeminas

---

1) Cf. G. de Plouquet, Literatura medica digesta. Tom IV. Pag. 242.

videmus huic morbo esse obnoxias, quae, multis partibus editis, tempus justum in lecto non remaneant. Uterus his rebus ad descensum inclinans deprimitur, quod etiam vestimentis angustis et strophiis fit, et eo magis, quo nimis est pelvis ampla neque satis declinata, quamquam partus et declinatio minor non semper requiruntur, cum etiam prolapsus inveniantur in virginibus et mulieribus, quae pelvi bene constructa ornatae sunt. Porro uteri prolapsus praeparantur constitutione leucophlegmatica, diarrhoea et dysenteria longinqua, infarctibus (Kaempf) et degenerationibus uteri; victu humili[1], decrepiditate appropinquante, laxitate genitalium, quae saepe leucorrhoea, haemorrhagiis, onania et nimio abusu in Venere adducitur. Igitur non raro inveniuntur uteri prolapsus in puellis publicis quamquam partum non ediderunt.

Causae occasionales diversae sunt. Vulgo omnes res hoc in loco ponendae sunt, quae majorem vim aut pressionem in uterum exercent e. c. ictus, abdomini allati, compressiones ventris et similia facta violenta. Partim multae causarum disponentium etiam occasionales fieri possunt, si magis excedunt. Si e. c. mulieres elevant onera, si laborantes, saltantes, currentes corpus vehementius movent. Res

etiam, quae uterum vehementius deprimunt, uteri descensum possunt provocare; quibus sunt adnumerandae: hydrops ascites, hydrometra hydrops ovariorum, calculi renales et vesicae, vomitus, tussis convulsiva, sternutatio vehemens, clamores, cantus, terror subitus, pressio nimia in alvo solvendo; labores et violationes nimiae et in pariundo et post partum. Virgines, quae equos ascendunt, saepissime prolapsum uteri deportant.

Causae plurimorum prolapsuum, qui post partum oriuntur, ponendae sunt in nimia constrictione fibrarum circularium, quibus musculi uterini constituuntur, fibris longitudinalibus relaxatis.

Hae sunt eae quae vulgo causae disponentes et occasionales probantur; attamen alia quaedam res est relicta, qua magna pars uteri prolapsuum efficitur et hae sunt herniae perineales atque vaginales; videmus enim saepe peritoneum inter vaginam et intestinum rectum alte descensisse saccumque effecisse herniosum, qui posteriorem vaginae parietem detrudit et necessario vim trahentem in uterum exercet, quo facto primum posticum uteri oris labium depressum prae antico ita elongatur, ut denique totus uterus detrahatur atque descendat.

Has uteri dislocationes vi quadam mecha-

nica, inferiora versus trahente et quidem hernia perineali aut vaginali esse effectas, indicat mira elongatio corporis uterini, singulatim vero colli et labium uteri posticum prolongatum.

Quam rem Experientissimus Froriepius amplius exposuit tabulisque illustravit aeneis [1]), et mihi ipsi benignitate Exper. Froriepii contigit ut nonnulla intuerer praeparata pathologica, quibus res perspicue erat exposita. Quamvis non omnibus in casibus talis hernia pro causa efficiente haberi possit, tamen sine dubio credendum est, saepenumero has hernias posuisse prolapsus fundamentum. Quae complicatio prolapsus uteri cum hernia aut quod mihi videtur veritati magis esse consentaneum, hic ortus prolapsus uteri per herniam vaginalem aut perinealem dignus est commemoratu, cum in cura magni sit momenti.

PROGNOSIS.

Est anceps et usque ad tempora recentiora minor tantum prolapsuum pars radicaliter est curata. Modificatur prognosis per gradum morbi, per ortus rationem, et multo pejor redditur per complicationes, per res familiares malas, indoles, diuturnitatem. Prolapsus

1) In: Wybr. Hendriksz, Descript. histor. atque crit. etc.

inveteratus plus molestiae et gravitatis quam vitae periculum affert. Periculum autem est in mora, si incarcerationes, emesis, lipothymiae, haemorrhagiae, febres, inflammationes, scirrhus et sphacelus exoriuntur.

CURA [1]).

Notissimum est, tres esse curae rationes, prophylacticam, palliativam et radicalem. Minime mihi propositum est, omnes has singulas methodos, quippe quae sint notae, exponere; nam de repositione, injectionibus, pessariorum variorum usu et abusu jam imumerabilia verba sunt facta. Has medelas multis in occasionibus suppeditans tulisse auxilium constat, et quidem tum inprimis cum prolapsus erant recentiores. Itaque fit, ut e. c. medici partus adjutores saepissime praedicent, solo situ horizontali permultos se sanasse uteri prolapsus, interdum adjectis pessariis, quorum varia invenerunt Paraeus, Russet, Moriceau, Deventer, Smellie, Levret, Simsons, Aitken, Goelicke, Saviard, Sandys, Clarke, Juville [2]), Bernard, Denmann, Stark, Pickel, Zeller, Bruenning-

1) Conf. Godofr. de Plouquet. L. c. p. 242.

2) Juville's *Abhandlung über die Bruchbänder und andere Gebärmuttersenkungen.* Nürnberg, 1800.

HAUSEN, WIGAND, LAFOND, MAUERSBERGER et multi alii.

De passariis, petiolo armatis, optime CAMPER [1]) et HUNOLD [2]) meruerunt.

Alii autem medici, qui hoc imitabantur, felici eventu minime gaudebant. Atqui quidnam erat discriminis? Illi casum recentem, hi prolapsum tractarunt, qui fortasse per decem et plus duraverat annos. Quamvis non sit infitiandum, per situm horizontalem, injectiones et pessaria permultos sanatos esse prolapsus et quamquam experientia docuit, his medelis constrictorem cunni paralyticum, ligamenta relaxata esse roborata et ligamenta rotunda, quae, cremasteribus virorum respondentia, fibris contractilibus constructa sunt, esse retracta, tamen certe non parvus restat prolapsuum inveteratorum numerus, in quibus curandis omnes hae medelae vanae atque irritae sunt factae.

Saepissime quoque videmus pessaria plurima nihil valere, si hernia vaginalis adest, qua pessaria sese vertunt et si intestinum in saccum herniosum descendit, uterus et pessa-

---

1) *Ueber den Vorfall der Gebärmutter in* CAMPERS *vermischten Schriften* No. 2 f und No. 6 g u. h.

2) HUNOLD, de pessariis diss. Marburg. Cattor. 1799.
Die Verbandlehren von KOEHLER, BERNSTEIN, STARK, OTT, GERDY etc.

ria ad inferiorem partem trahi possunt. Quibus in casibus plurimum afferunt emolumenti pessaria cylindrica, qualia a JUVILLE, HOIN, LOEFFLER, PICKEL, OSIANDER, et aliis sunt inventa. Praesertim contra prolapsus, cum hernia vaginali complicatos, A. COOPER et M. BOIVIN commendarunt pessaria cylindrica, quibus aequali et non dolorifico modo tota vagina expletur. Non sine jure a LEAKE [1]), MEZLER, THILENIUS [2]), GALLANDAT [3]), DARWIN [4]), aliisque in pessariorum loco spongia marina posita est; ELIAS DE SIEBOLD [5]), inprimis ejus usum praedicat his quidem verbis:

Der eingebrachte Schwamm ist das beste und sanfteste Mittel, welches so oft die Stelle eines Mutterkranzes vertritt, und wo er nur immer den Vorfall zurückhält, sollte man von Mutterkränzen gar keine Anwendung machen; denn der beste verursacht einigen Druck und Schmerz. Der Verfasser bedient sich daher der Mutterkränze gar nicht mehr, und bringt

---

1) LEAKE, *Anleitung zu Verhütung und Heilung der chronischen Krankheiten des weiblichen Geschlechts*, p. 106.

2) Cf. *Medicin. und chirurg. Bemerkungen* p. 303.

3) GALLANDAT in HARL. *Abhandlungen*, 19 *Th. v. Auserlesnen Abh. für pr. Aerzte.* VII Bd. p. 413.

4) DARWIN Zoonamia. Vol. II.

5) ELIAS v. SIEBOLD, *Handbuch zur Erkenntniss und Heilung der Frauenzimmerkrankheiten.* 1 Bd. §. 872.

gewöhnlich einen Schwamm ein, welcher die Form eines abgestumpften Kegels oder Cylinders und die Dicke nach der Weite des Beckens und der Scheide hält. — Der Schwamm kann zugleich in adstringirende Decocte getaucht werden und dadurch erreicht man den Zweck, den Vorfall bisweilen noch nach langer Zeit vollkommen radical zu heilen und das Tragen des Schwammes ganz entbehrlich zu machen u. s. w.

Sed prae omnibus hoc velim admonere, ut illam, quam nuper Annan, medicus Anglicanus proposuit medelam, non negligamus.

Cf. *Notizen aus dem Gebiet der Natur- und Heilkunde No.* 50. 1837:

Annan's neues Verfahren zur Behandlung des Gebärmuttervorfalls. „Es ist bekannt, wie viel unangenehme und üble Folgen das Tragen eines Pessariums hat, während dieser Apparat zu gleicher Zeit, die krankhaften Bedingungen des Vorfalls steigert. Herr Annan in Nordamerika hat nun gegen dieses Uebel einen Verbandapparat angeordnet, welcher demjenigen ähnlich ist, dessen sich die engl. Wundärzte zum Zurückhalten eines Mastdarmvorfalles nicht selten bedienen; er besteht aus einer kreisförmigen, das Becken umgebenden Feder und aus ei-

nem gekrümmten Stiele, welcher von der Sacrolumbarverbindung zum After herabgeht. Dieser gekrümmte Stiel trägt bei dem Apparat von Dr. ANNAN *eine kreisförmige, in der Mitte durchlöcherte Platte, in welcher zwei schmale Riemen angebracht sind. Durch Anziehen oder Nachlassen eines kleinen Schlosses, womit diese Platte versehen ist, kann man nach Willkür ihren Druck auf den After steigern. Durch diesen Apparat wird After und Perinäum zusammengedrückt, das Absteigen der Gebärmutter verhütet und gleichzeitig ein etwa vorhandener Hämorrhoidalknoten oder Mastdarmvorfall geheilt. Dieser Apparat hat sich bei einer Frau bewährt, welche an einem Vorfall des 3ten Grades litt und bei welcher Pessarien nutzloss und unerträglich waren. Seitdem sie vor 2 Jahren den Apparat angelegt, konnte sie ohne Beschwerde und weit gehen und bedient sich jetzt des Apparats nur in langen Zwischenräumen.“*

HULLIUS [1]) autem, medicus Anglicanus simile instrumentum, cui nomen dedit Utero-Abdo-

1) A brief account of the application and uses of the Utero abdominal-supporter, a new instrument for the relief and cure of procidentia and prolapsus uteri, invented by A. G. HULL. London, 1838. 8.

minal-Supporter, commendavit, quod saepenumero feliciter est adhibitum et in primis locus est ei concedendus, si cum prolapsu uteri hernia vaginalis vel perinealis est conjuncta.

Priusquam de pessariis loqui desinam, non possum quin nonnulla de eorum adjiciam incommodis. Innumerabiles exstant casus, in quibus pessaria inepta aut neglecta maximum attulerunt damnum; saepe enim oriebantur blennorrhoeae vaginae et uteri malignae, inflammationes ejus, degenerationes carcinomatosae et multa similia mala. Itaque factum est, ut medici multi, experientia de pessariorum malis aut bonis sequelis edocti, partim eorum usum plane repudiarent, partim eorum commoda ad coelum usque tollerent. Equidem puto his in rebus medium esse tenendum et permultos existere casus, quibus pessaria sint indicata.

Sin vero ad prolapsum curandum omnes medelas, situm horizontalem, injectiones, pessaria diversi generis adhibuimus neque ulla spes felicis restat eventus, tunc transeamus ad methodum chirurgicam. Quod adtinet ad has methodos, Hymenorrhaphiam et Colporrhaphiam, quas Mende [1]) proposuit, Frickii [2])

1) L. J. Mende, *die Geschlechtskrankheiten des Weibes, nosologisch und therapeutisch bearbeitet.* Theil II. p. 51.

2) Dieffenbach, Fricke, Oppenheim, *Zeitschrift für die gesammte Medicin* u. s. w. Hamburg, 1838. Bd. II. p. 142.

Episiorrhaphiam et MALGAIGNII [1]) methodum, (quippe quae sit mala verietas Episiorrhaphiae), notas quasi praeteream. Nunc exponam DIEFFENBACHII [2]) operandi rationem, qua in re ejus ipsius utar verbis:

Vollkommen von den Nachtheilen der Mutterkränze aus eigenen Erfahrungen überzeugt, wünschte ich beim Vorfalle der Scheide oder der Gebärmutter ein radicales Heilverfahren zu kennen, bis der Zufall mir ein solches vor länger als acht Jahren in die Hände gab. Ich wurde zu einer ziemlich robusten, armen, alten Frau gerufen. Ich fand sie im Bette, an einem Vorfalle der Gebärmutter leidend. Alle vorliegenden Theile waren durch Entzündungsgeschwulst so bedeutend vergrössert, dass sie unmöglich hätten zurückgebracht werden können. Die den Uterus umgebende Scheide war theils rosenartig entzündet, theils brandig. Dennoch war der allgemeine Leidenszustand nicht sehr gross, die Schmerzen sehr mässig. Nach einer vierzehntägigen Behandlung durch Umschläge von einem Kamillen-

1) MALGAIGNE: manuel de médecine opératoire etc. Paris 1837. Art. VII p. 728.

2) *Medicinische Zeitung herausgegeben von dem Verein für Heilkunde in Preussen*, 1836 No. 31.

Infusum stiessen sich mehrere Lappen der Scheide von der Grösse eines Handtellers ab, und an diesen Stellen erschien jetzt eine üppige Granulation. Die rosenartige Entzündung der übrigen Scheidenhaut hatte mittlerweile aufgehört. Jetzt glaubte ich, dass der Zeitpunkt der Reposition gekommen sei, um die Cicatrisation bei reponirtem Uterus und Scheide zu erwarten. Sie gelang mir leicht; ich füllte die Scheide täglich mit trockener Charpie aus, spritzte dann Kamillenthee ein, erneuerte den Verband täglich, und hatte die Freude, drei Wochen später diese Person so vollkommen von ihrem Vorfalle geheilt zu sehen, dass man auch in der bedeutend enger gewordenen Scheide keine Spur von widernatürlichen Verschrumpfungen oder Verwachsungen fand, sondern fast die natürlichen Runzeln der Vagina sah.

Experient. DIEFFENBACH hanc a natura, malum sanandi, demonstratam viam sequi constituit. Vocatus ad aegrotam, simili prolapsu laborantem, cicatrisationem vaginalis tunicae mucosae ferro candente et infuso chamomillae adjuvit. Tempore sequente rem celerius se confecturum credidit, si particula e tunica vaginae mucosa exscissa, vulnus suturis cruentis conjungeret.

Saepissime post hoc tempus Exper. Dieffenbach hanc exercebat methodum et plurimis quidem in casibus felici eventu. Tempore sequente tamen observavit, cicatrices interdum relaxari, vaginam iterum amplificari et uterum denuo descendere. Quo perspecto totam vaginam cicatrice destinavit obducere et ferrum candens ei hunc ad finem optimum visum est remedium.

Aegrota in similem ac in Lithothomia redigitur positionem, adjutores nonnulli distrahunt crura et medicus ferris candentibus, quot ad rei statum requiruntur, totam superficiem vaginae prolapsae omnibus a partibus tangit. Tunc aegrota in lectum reportatur et vagina cauterisata linteo carpto obtegitur. Hoc autem tempore prolapsus nondum est reponendus. Tempore sequente demum, si deletae vaginae partes sunt detrusae, vagina et uterus in pelvis cavo remanent. Ad celeriorem cicatrisationem et vitae turgorem in vagina magis excitandum, infusum florum Chamomillae injicitur; sin vero nimia orta esset suppuratio, aquae saturninae partes aequales adjici possent.

Jam mihi liceat narrare historiam quandam, qua haec sanandi ratio ut optima probetur.

G. S. triginta sex annos nata, aurifici nupta, constitutione leucophlegmatica, ante duodecim annos puerperium primum perpessa ex hoc partu acquisivit uteri prolapsum haud magnum. Sensim prolapsus ille magis magisque accrevit atque quamquam injectiones et pessaria diversissimi generis erant adhibita, omnis tamen cura facta est irrita. Postquam autem die XXVIII M. Nov. a. MDCCCXXXVIII in nosocomium Caritatis Berolinensis recepta est, uterus plane extra pudenda externa inter crura versabatur. Exp. Dieffebach igitur ferro candente rem aggredi constituit. Redigebatur igitur d. XXIX M. Nov. aegrota in positionem, quae ad lithotomiam requiritur et Exp. Dieffenbach ferris candentibus cylindricis et planis quatuor totam vaginae superficiem et inprimis inferiorem partem combussit. Tunc aegrota referebatur in lectum, prolapsus nihil alio nisi linamento obtegebatur; repositio nondum instituta. Nulli acciderunt casus mali, febris vulneraria modum non excessit; superficies vaginae emortua secessit et uterus cum vagina sensim ita se retraxit, ut d. X. M. Dec. repositus plane intra genitalia externa remaneret.

Cum suppuratio adhuc perseveraret, vaginae chamomillae infusum injiciebatur et linamentum, quo erat vagina expleta, quotidie

renovabatur. Qua ratione pergebatur in cura et aegrota jam ambulare poterat, ita quidem, ut uterus non amplius procideret. Cum autem secretio puris d. XV M. Januar. anni MDCCCXXXIX nondum cessaret, infuso chamomillae aequales aquae plumbicae partes adjiciebantur, quibus medicamentis etiam haec nimia suppuratio brevi evanuit, ut mulier plane sanata Mense Januario a. MDCCCXXXIX nondum finito e nosocomio Caritatis dimitti posset.

Similem tractandi modum, non minus felici successu et breviore etiam tempore alia in femina d. IX M. Mart. MDCCCXXXIX vidi adhibitum.

Hac ratione Exp. Dieffenbach tractavit rem, uteri prolapsu completo plane extra genitalia externa versante. Sin vero fortasse prolapsus incompletus tantum adest, aut si prolapsus facile reponitur et aliquamdiu in pelvi remanet, Dieffenbach eum reponit, orificium uteri linamento obtegit et ferro candente cylindrico in vaginam injecto, totam tunicae mucosae superficiem comburit. Cujusmodi operationem d. XXIII M. Jan. a. MDCCCXXXIX ab Exp. Dieffenbachio tam felici effectu vidi peractam ut mense Martio ineunte uterus et vagina plane sine ullo adjumento in pelvis loco justo remaneret.

Hae Exp. Dieffenbachii uteri et vaginae prolapsum radicaliter curandi rationes certe omnibus aliis methodis chirurgicis sunt praeferendae, cum uterus plane loco justo retineatur et nisi fortasse in partu edendo (id, quod experientia docebit), nimiae vaginae angustiae impedimentum afferrent, nil nisi dolorum in operatione ipsa diminutio esset optandum.

Nihilominus Ill. Frickii Episiorrhaphia fortasse tum praeferatur cum e. c. hernia vaginalis adesset, quae facile per ferrum candens laedi aut inflammari posset. Attamen hoc semper considerandum est, per Episiorrhaphiam curam radicalem non adduci; nam prolapsus completus in incompletum tantum commutatur. Uterus intra genitalia externa retinetur et in labiis majoribus tanquam in ponte quiescit. Conceptio et partus his rebus non impediuntur et experientia docuit, jam nonnullas mulieres, quae Episiorrhaphiam [1]) perpessae essent, edidisse partum, postquam tertia partus periodo, cicatrix labiorum pudendi conjunctorum per cultrum esset dissecta; post partum Episiorrhaphia iterum instituta est.

Illae, quas Mende proposuit operationes

1) Cf. Dieffenbach, Fricke, Oppenheim, *Zeitschrift für die gesammte Medicin u. s. w.* Hamburg, 1836. Bd. II. S. 142.

adhuc in cadaveribus tantum factae sunt; sic etiam sese habet methodus, proposita a ROMAIN GERARDIN [1]), qui, per totum circuitum vaginae ad extensionem pollicis unius et dimidii, circulo tunicae mucosae exscisso, uterum reponit et per vulneris cicatrisationem uterum retentum iri exspectat. Methodi, quas HALL [2]), IRELAND, MARSHALL, KILIAN [3]), CRUVEILHIER laudaverunt nihil in alio positae sunt, nisi ut sint mutationes earum methodorum, quas MENDE proposuit et illius per exscisionem particulae e tunica vaginae mucosa, quas methodos DIEFFENBACH tempore praeterlapso exercuit. Per novissimam autem Exp. DIEFFENBACHII methodum prolapsum uteri ferro candente sanandi, hae omnes operandi rationes sunt repudiatae.

---

1) Cf. MALGAIGNE: manuel de médecine operation etc. — HARLESS *Rheinisch-Westphälische Jahrbücher, für Medicin und Chirurgie.* Jahrgang 1825. Bd. X. No. 9. S. 151.

2) Cf. *Gazette médicale de Paris* 1832.

3) KILIAN, *Operationslehre für Geburtshelfer.* Bonn, 1835. Th. II. S. 128.

THESES.

I.

Simplicibus chirurgus utatur instrumentis.

II.

Quique Pes equinus et Varus tenotomia sanabilis est.

III.

Herniarum non incarceratarum operatio repudietur.

IV.

Ad Tetanum traumaticum sanandum dissectio nervi laesi maximam affert utilitatem.

V.

Vinum bene adhibitum est medicamentum magni momenti.

VI.

Delirium tremens non vini et cerevisiae, sed tantum vini adusti abusu procreatur.

VII.

Exstat delirium tremens inflammatorium.

6 (14)